



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. CXXXIV. Romana fideicommissi de Cæsiis. An, & quando  
fideicommissum capiat bona propria hæredis, vel ei jure proprio  
competentia; Et quando testator gravare possit hæredem in bonis  
propriis; Et ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

dentibus; Licet enim pro meo sensu ex quibuscumque etiam levibus conjecturis illius regulare linea-  
tio de facili admitti debeat, cum in effectu ista sit  
verborum formula resultans magis à stylo seu for-  
mulario Notariorum, quam quod denotet discre-  
tam voluntatem testatoris. Atamen quia placuit ita  
dictam regulam firmare, quiesceat aliae conjecturæ  
non urgenter, admittet etiam cum illa procedendum  
esse ut advertitur disc. praecl.

Verum quia eadem Rota coram Pamphilio usque  
ab anno 1601. firmavit ad eius alterum fideicom-  
missum magis amplum, implicitè deductum ex di-  
cta ratione, præcipaliter ac disjunctivè adjecta pro-  
hibitioni alienationis bonorum stabilium, ita ut re-  
sultaret limitatio regulæ resultantis ex vulgari dec.  
Oldradi conf. 21, unde filii in conditione positi, non  
solum non facerent deficere conditionem, sed cen-  
serentur etiam vocati & gravati cum successivo fi-  
deicommissio juxta dictas decisiones 44 & 47. par. 1, rec.  
14 præsuppositas in dictis aliis decisionibus 1138. coram  
Penia & 91. coram Othobono, quas juxta eundem  
stylum de quo supra præsupponere oportebat.

Hinc proinde istis decisionibus retinetur, dicen-  
dam per neccesitatem resultare inclusionem istorum bo-  
norum sub hoc eodem latiori implicitè fideicom-  
missio deducto ex dicta ratione perpetuae conserva-  
tionis bonorum ad memoriam testatoris, ac sub-  
stantiationem familiæ fulcorum, dum dicta ratio seu  
dispositio, ut pater ex verbis supra registratis, aque  
percutit reliqua bona cadentia sub hereditate uni-  
versali, ac ista cadentia sub prælegato, ideoque nulla  
videbatur subesse ratio, ob quam in unis, & non  
in aliis fideicommissum resultaret, ex vulgari axio-  
mate, quod una & eadem dispositio respiciens plura de-  
terminabilia debet omnia parvimoniter determinare, ac  
propter ea quod, vel debebant revocari dictæ deci-  
siones, vel quod eis præsuppositis, per neccesitatem  
dandum esset fideicommissum etiam in istis bonis.

Quinimò observabam, nimium claram videtur  
hujus testatoris voluntatem sub dicto fideicommisso  
magis ista bona quam reliqua includendi, nedam  
quia, ut in facto supponeretur, erant majora & me-  
liora, sed etiam quia erant in patria, & in quibus  
magis ejus memoriam conservari voluit mediae  
habitatione continua unius de familia, unde pros-  
sus absconduce ac improbabile videbatur, quod reliqua  
bona minoris qualitatis in exercitis locis existentia  
deberent conservari in familia & sub fideicommisso  
ordinatio ad conservandam testatoris memoriam,  
ac familie honorem, & quod ista meliora & exis-  
tentia in propria patria, præsertim antiqua domus  
propriæ habitationis transire possente vel deberent  
ad penitus extraneos.

Et propter ea, verus ac germanus hujus disposi-  
tionis intellectus mihi videbatur, quod istud vere &  
propriè non esset prælegatum contradistinctum ab  
hereditate, à qua formiter abscissa essent bona sub  
eo comprehensa, sed esset solum quedam destina-  
rio præcipua ac privilegiata portionis, quam habe-  
ret primogenitus, seu ille, qui caput domus figura-  
ram facturus esset in patria, habitatus domos cum  
subsilio aliorum bonorum relictorum correspondi-  
vè ad ipsam habitationem tanquam per quendam  
speciem majoratus ita grossolano modo explicati,  
dum sibi dixit istud esse legatum ad favorem ha-  
bitatorum &c. & sic quod revera non intrarent  
dicti termini generales super quæstione prælegati  
cadentia sub fideicommisso necne.

Quodque illa verba ad memoriam testatoris, præ-  
ferant contemplationem agnationis cæteris rela-

tis Res. dec. 531. num. 9. & dec. 574. num. 10.  
Giovagnon. conf. 36. lib. 4.

## R O M A N A F I D E I C O M M I S S I D E C A E S I S

P R O

D O M I T I L L A C A S I A

C V M

D V C E S I L I C I S.

Casus decisus per Rotam pro Due, &  
concordatus,

An, & quando fideicommissum cum  
bona propria hereditis, velib[et] proprio  
competentia; Et quando  
testator gravare possit hereditatem  
bonis proptiis; Et quatenus per  
quando censeatur voluisse,

### S V M M A R I V M

- 1 F Adi series.
- 2 Decisions causa.
- 3 De punctis cadentia sub dispositio.
- 4 An secunda dispositio censetur facta in vestitu  
prime, seu promissione de faciendo, velib[et]  
diversa remissive.
- 5 Promissio de donando, an importe donacionem.
- 6 Concedens, vel promittens annuum redditum  
concedere vel promittere tot bona, quantum  
datur præbeant.
- 7 Sub prohibitione detractionum, quænam venient.
- 8 De eodem, & quando veniant etiam illæ, quæ  
non venient.
- 9 Quomodo hic punctus dicti debet.
- 10 Donatarius non potest retrodonare, sed ab in-  
re donationem contemplatione matrimonii,  
num. 12.
- 11 De materia captioris, & num. 13.
- 12 Declaratur conclusio, de qua num. 10.
- 13 De eadem materia captioris.
- 14 Testator potest disponere de bonis hereditis,  
gravare in bonis propriis.
- 15 Sed hac voluntas non presumitur.
- 16 De limitationibus, seu moderationibus cedula  
qua num. 14.
- 17 Quando clarus intret conclusio, de qua  
num. 14.

### D I S C . C X X X I V .

C ontemplatione matrimonii contrahendens  
Federicum Casium, & Paleheram Po-  
nam, promisit Cardinalis Petrus Donati  
derici patrum de anno 1579. effaciere devo-  
nem tot bonorum, quæ darent annum redditum  
securorum 3. m. cum obligatione efficiend. In  
eiam donationem per duos meiples antequam man-

monium contraheretur; De anno autem 1583. dicto matrimonio imminentे, cum dictus Cardinalis esset Bononiæ Legatus, ibi, nulla facta mentione dicti matrimonii, dictæque præcedentis promissio[n]is, enunciato solo motivo agnationis, eidem Federico donationem fecit plurium bonorum, quorum fructus dictum redditum adæquabant ac fortè excedebant, adjecto onere perpetui fideicommissi cum ordine primogenitura, prius in linea masculina ipsius Federici, deinde in altera Marchionis Riani, qui postea evasit Dux Cœræ pariter nepotis, atque deinde in altera secundogeniti Ducis Aquæspartæ etiam nepotis vel agnati de eadem familia; Et denique idem Cardinalis moriens hæredem instituit eundem Federicum cum eodem fideicommissu, descriptu in testamento omnibus bonis, inter quæ descrip[ta] fuerunt contenta in dicta donatione; Defacta vero dicta linea masculina Federici in Cardinali Petro Donato juniore ultimo ex eius filiis masculis superstitæ Domitilla etiam filia; Hinc Dux Cœræ prætendens ad ejus favorem apertum esse fideicommissum, possessionem omnium bonorum illicet, ac forsan adhuc vivente dicto Cardinali adeptus est, unde propotere oratione cum Domitilla dicti Cardinalis hæredi, ac introducta causa in Rota coram Dunozotto, assump[ta] disputatione super possesso retinendæ, sub die 14. Maii 1657. pro Domitilla responsum fuit, ut pater ex decisione 993. inter illas impressas ejusdem Dunozetti; Defuncto autem ad breve tempus præfato Duce Cœræ absque prole, unde propotere ista quoque linea defecit, apertoque fideicommissum ad favorem Ducis Sileiæ secundogeniti Ducis Aquæspartæ, cum utrumque fideicommissum in donatione ac testamento respectively usurpâ ordinatum esset clarum ac litterale, sola que iure Domitillæ consisterent in pluribus detractionibus, inter quæ prætendebatur illa tot bonorum, quæ fructarent dictum redditum scilicet 3. m. ad formam dictæ promissio[n]is contemplatione matrimonii, nullus continentis onus; Econversò autem præfatus Dux fideicommissarius prætenderet dictam promissio[n]em iam impleram fuisse cum præfata subsequens donatione facta in Civitate Bononiae, ac per Federicum acceptata, continentem dicti fideicommissi onus; Quodque in omnem eventum, ubi etiam ad formam dictæ primæ promissio[n]is Federico jus qualitatis esset ad bona dictum redditum præstantia, liberè & absque onere, adhuc tamen cum dictus Cardinalis in testamento, instituto hæredi eodem Federico, illum nominatim gravasset in omnibus bonis extantibus, super quibus controversia erat, amplissimè prohibita quacunque detractione, dictisque Federicus hæreditatem acceptasse, dicebatur ita omnem dirimi questionem; Hinc propter ea concorditer assumpta fuit disputatione super hoc solo puncto in eadem Rotæ coram Melito in locum Dunozetti interim defunctis subrogato, dabo que dubio, An bona ut supra donari promissa caderent sub fideicommissu, vel potius spe[n]sarent ad Domitillam tanquam libera, sub die 13. Maii 1658. ad favorem fideicommissarii prodidit resolutio, confirmata sub die 10. Decembri 1659. deinde vero per concordiam controversia finem habuit, dictarumque decisionum prima est impressa decisio[n]em.

In hujusmodi autem disputationibus tres fuerunt puncti; Primo an dicta donatione facta in Civitate Bononiae esset diversa à præcedenti promissione facta in Urbe contemplatione matrimonii ut-

supra, vel potius eadem; Secundo, quatenus esset diversa. An dictus Cardinalis donator in testamento voluerit etiam bona in dicta promissione contenta includere sub fideicommissu, seu verius sub prohibitione detractionum includere istam; & tertio, quatenus voluerit, an potuerit.

Primus punctus videbatur potius facti quam juris, atque licet ego & ceteri pro Domitilla scribentes plures dediceremus ponderationes ad probandam diversitatem, ex iis, quæ in hac eadem causa super hoc punto habentur in sua materia subtit. de donationibus, attamen reflectendo ad veritatem, semper mihi visum fuit ex circumstantiis facti, atque istius tota serie inspecta, claram videri identitatem, quod seilicet secundus actus fuisset in executionem primi, ideoque ab initio in congressibus habitis pro directione cause cum aliis Advocatis, ac defensoribus, fui in hoc voto, in quod si alii convenissent, utique, ex meo etiam tractari, longè pinguior concordia sequuta fuisset, unde resolutiones, ut potè juxta votum, prebables visæ furent.

Idemque super secundo puncto voluntatis circa compræhensionem bonorum sub fideicommissu, quoniam si qua difficultas non improbabiliter adesse posset attendi sola donatione, illa penitus removabatur ex testamento, dum in eo nominatim testator descripti omnia bona contenta in dicta donatione, ac alia hæreditate remanentia, unde proprie[ta] de plano intrabat regula vulgaris textus in l. Ille aut ille ff. deleg. 3. quod in clatis & expressis non intrant presumptiones & argumenta, & sic quoad comprehensionem ipsorum bonorum contentorum in donatione facta Bononiæ, nulla cedebat difficultas.

Quatenus vero sub sacerdoti hujus partis prætensione circa punctū præcedentem, quod seilicet dicta donatione diversa esset à prefata præcedenti promissione facta contemplatione matrimonii, talis casu, cum in ista promissione nulla bona deducta essent ad speciem, sed solum promissum fuisset in genere donare tot bona, quæ darent annum redditum scilicet 3. m. Hinc dico non poterat ex hujusmodi promissione aliquorum dicti promissoris bonorum dominium promissarius quæsumus esse, quoniam quicquid sit de questione, de qua in celebri Romana donationis de Castellaniis coram Coccino decis. 58. par. 6. rec. quæ in materia circumferritur magistralis, ac pluries in dicta sua materia sub tit. de donat. An promissio de donando importet necne donationem ad effectum translationis dominii, vel potius (ut verius videtur) accidente præsterni iuramento exclusa pœnitentia producat solam actionem ad implementum, seu ejus loco ad damnationem & interestem. Attamen id percutit casum, in quo in promissione certa bona ad speciem deducantur; Ideoque id cadere non poterat in hac facti specie, in qua promitebatur in genere donare tot bona, quæ hunc redditum fructarent.

Licet enim facta promissione anni redditus, promissa conseruant tot bona in proprietate, ex quibus iste fructus percipiatur ad text. in l. si quis argentum C. de donat. ac in specie cæteris relatis firmat Socin. jun. cons. 60. num. 40. cum sequen. lib. 4. Sard. cons. 319. num. 9. cum sequen. Rota in Romana prætensi supplementi datis 5. Decembri 1653. coram Cerro, Attamen nunquam id importare poterit aliquam domiali translationem, quamvis retinenda esset opinio, quod promissio de donando importaret veram ac perfectam donationem.

LUCA  
BENTIS  
P.  
T.

nationem, stante incertitudine resultante à promissione in genere, quæ per promissorem in aliis bonis pro eius arbitrio adimpleri potuisset. Et consequenter ita remanebat solum actio pro implemento, & ad quanti interest, & sic tanquam creditum seu detractio, ideoque non cedebat quæstio, an sub fideicommisso caderent bona ad hæredem gravatum proprio jure competencia, cum in effectu ipsi bona ad ipsum non spectarent, sed solum cedebat altera quæstio circa prohibitionem detractionum, ac scilicet ista detractionis species venire nec n.

E in hoc, regula videbatur assistere huic parti juxta conf. Oldridi 2.97. nu. 2. cum aliis, de quibus plures in sua materia sub tit. de detractionibus, praesertim in Romana fideicommissi de Alberino, quod scilicet facta prohibitione detractionum, intelligitur de legibus, non autem de hujusmodi accidentalibus ratione etis alieni seu alias competentiibus, nisi verborum amplitudo vel alia conjectura & circumstantiae suadent diversam voluntatem, ejus, ac facti potius quam juris est quæstio, porro simè vero ubi ad speciem deductæ essent aliqua detractiones, puta quia prohibita esset detractione legitimæ & trebellianæ, & quæcumque alia &c. cum verbum, sius, denotet similitudinem, ex deductis in dicta sua materia.

Verum reflectendo ad veritatem, mihi probabilius videbatur, voluntatem assistere pro hujus etiam detractionis comprehensione, non solum ob generalitatem illorum verborum, quavis de causa, quod solum consideratur in hujus cause decisionibus, praesertim in secunda in fine ex generaliter deductis apud Greg. dec. 87. nu. 10. & 327. nu. 3. & apud Othob. dec. 67. nu. 3. cum similibus, cum ista consideratio videatur nimis vaga & generalis; sed ex ea particulari circumstantia, quod cum ageretur de docto, diligenti, & accuratissimo testatore, recte scienti, quod ad effectum constitutendi annum redditum scut. 3. m. multa bona stabilia notabiliori in partem ejus assis absorbentia necessaria fuissent, utique clara ejus fatutas fuissent, omnia ejus bona tanquam dicto perpetuo fideicommissio in tribus lineis conservatura distinetè describere cum strictissima prohibitione alienacionis, & præcepto omnibus pro tempore successoribus, acceptandi suam dispositionem, ac faciendo diligens inventarium cum obligatione restituendi, si non cogitasset istam detractionem includere, dum per eam dicta dispositio tam summo studio ordinata, pro notabilis parte inanis ac elusa remaneret; Atque ista videtur considerationes, cum quibus in ultimarum voluntatum indagatione sive interpretatione procedendum est, non autem inspicendo quid dicant Oldrid, vel Isannes, & Martinus, & praesertim Confidentes, sive cum regulis & propositionibus generalibus.

Demum quoad tertium ac ultimum motivum porestat. An scilicet posita voluntate, potuerit dictus Cardinalis donator hujusmodi onus adjicare illis bonis, quæ contemplatione matrimonii ut supra simpliciter & liberè donati promissum fuerat. Ego & ceteri more Advocatorum ingenium acutus, ac etiam proscripturarum ornatus, sive ad illam ingenii ostentationem, quæ ignariorum placere solet, cum superfluis evaginibus, duo fundamenta deducebamus; Primo quod cum ageretur de donatione facta contemplatione certi ac determinati matrimonii, quamvis etiam admitteretur, ad illam non censerri vocatos

filios ex eo procreandos ut filii sit iuris sive esse primarium non habent, arguimus, non auctoratum dominium soli sponso acquirent, & huc tamen ob interesse secundarium, quod & filii habere dicuntur in hujusmodi donationibus consensu donatarii non possunt, ut certe quoribus relatis firmatur apud Franc. dec. Merlin. dec. 515. alijs decif. 44. par. 6. m. I. I. turin. conf. 15. Rot. in Romana donationis dat. 14. Maij 1617. coram Melito impress. dat. par. 12. recent. in Urbinate, pecunia coram spissi impress. post. Paizell. decif. 42. cum plur. seq. eadem 23. Ianuarii 1618. coram Vicceanis, & plena sua materia sub tit. de donationibus.

Et secundum quod iste modus disponendus, lingendi scilicet bona aliqui sub lege, viriles vel legatarius bona propria sue disponere supponeret, sapere videtur quandam positionis capitoriorum, quam non dubitare jure esse improbat, ad communiter nonnulli vilistis in l. capitoriorum ff. de legat. 1. & in l. cap. Cod. de testam. militar. & Canonista in cap. de testamentis et relatis per Mart. de sciss. p. qu. II. art. 2. latè Surd. qui multos colligunt ubi Addens. Rot. dec. 178. & 350. par. 6. m. dat. p. 11. numer. 3. & seqq. coram Duces dat. 31. aliis in sua materia sub tit. de testamento, non vertitur hanc propriè esse veram capitoriorum autem illam quam ex antiquioribus libris distinguendo plures casus exemplificat Rot. dec. par. 6. ex nu. 4. ad 13. & d. dec. 23. p. 11. videtur apud Martin. Andr. dec. 73. nu. 4. & 6. still. tom. 2. controv. cap. 6. nu. 1. & sequentia de testam.

Neutrum tamen motivum subsisteret habebat, Non quidem primum, quoniam subritur in dicta sua materia sub tit. de donationibus praesertim in d. Romana de Jordani & Vincen pecuniaria, in quibus supra allegata dictio prodierunt, nullitas actus verè ac propriè in illis fraudulentis retrodonationibus, habitanis & declaracionibus, quæ occulta fuerint donantem & donatarium ad eludendum fecerunt vel ejus parentes; Sive quando agitur dictio tercera secundario uxoris & filiorum, quando actus gestus per sponsum donatarium per confirmationis emolumentum in fructu durante matrimonio, Vel etiam ad sumnum ipsius locutionis participationem cum omnimoda denudatione filii etiam post matrimonium dissolutum, non ut remaneat illa probabilitas pinguioribus successione filiorum, quæ confidentia dicitur etiam in illis donationibus quorum dominium sponsus non autem filii acquiritur; Sedis unde ubi fiat actus laudabilis, qualis reputatur et primogenitura, ut advertitur d. decif. 13. par. 2. & in alia præcedenter edita eadem causa in Othobono inter suas decif. 182. cum aliis in Romana feudi sub tit. de feudi dif. 9. & par. 2. atque non præjudicatur uxori ac filii in fructu durante matrimonio, minime ne in post illad dissolutum, donec filii vel descendentes superflunt, considerato solum aliquo prædicto seminarum.

Quæ admodum n. si idem vir donataris decedit quies ad hujusmodi donatione jure impliebitur deicommissi vocati non sunt filii unius filii, deinde isti habent illud interesse quod nostri vocati fiduciarios, non dubitatur, quod relicta filii legatis

et reliquis pater disponere potest in quoscumque extranos, vel in eisdem qui qualitatem hereditatis am habentes, ad debita & legata, aliaque onera quantumvis voluntaria tenentur, ita nulla penitus dubitandi ratio subsesse videretur, cur & hic actus fieri non possit, cum revera conclusio procedat in aribus fraudulentis & collusivis, vel ad summum etiam in sinceris, per quos praejudicetur pinguiori ac decenteri substanciali onerum matrimonii ex durante exibi deductis.

Quofero ad alterum motivum, quidquid sit de materia captiorie in casu suo, & an intrent nec plures distinctiones, que in ea dari solent, An felicitate adjiciatur per viam conditionis que vitier, vel virtutate remaneat, & can relevet, quod id fiat bono animo, honestumque finem habeat, cum aliis de quibus apud allegatos, ac aliis apud eos, & in dicta sua materia sub ita de testamento, praesertim in Romana hereditate de Spatis. Omnia haec extraencia erant a casu, unde propterea cum consueta falacia Consulentium ad causae servitium continebant inanies evagations ac superflueas cartarum repletiones, cum verè ac propriè non intrarent termini captiorie, qualis dicitur, quando quis captere vult aliena bona cum pallio honoris in suis, quia nempe in situ te si tu institueris me, vel alium quem ego volero ita cum hoc improbo artificio alienas hereditates ac successiones captando, eo modo quo pisces cum elca posita in hamo captantur.

Id enim continet gravamen, quod testator adjicit ei quem honorat, etiam in ejus bonis propriis, atque in jure receptum est, ut cessibus restrictionibus de quibus infra, testator disponere possit de bonis propriis hereditatis, vel alicuius quem honorat, illaque supponere eidem fideicommisso cui ejus hereditatem ac bona propria supponuit, ad text. in l. unum ex familia s. sed eti fundum. & l. Imperator s. si censem & l. cumpater s. de legat. & gloss. Bart. Cuman. & alii in d. s. sed eti fundum, cum aliis apud Duran. dec. 93. & 119. ubi advertitur de potestate non dubitari, sed solam questionem esse voluntatis, que in dubio non presumitur, cum presumptio sit aliquem testari velle de propriis non autem de alienis; fortius vero si disposicio juxta consuetam formulam dicas: in bonis suis. Sed si constet de voluntate, non dubitatur de potestate, etiam ipso herede vel honorato, postquam hereditatem vel dispositionem acceptavit contradicente; multò magis & absque dubio, ubi, ut in praesenti, talis contradictione non accedit, minusque concurredit aliqua ex rationibus dubitandi de hujusmodi potestate gravamen honoratum etiam in bonis propriis.

Primo scilicet, ubi gravamen esset de universa ejusdem honorati hereditate omnium ejus bonorum & iurium complexiva, adeo ut ita sibi remuneret adempta testandi facultas ex deductis per Pereg. de fideicom. art. 33. num. 49. & sequent. quod in praesenti non intrabat, dum agebatur de certis bonis tantum; Et secundò ubi gravamen excederet emolumenitum, quia nempe plus importarent bona propria, in quibus quis gravatur, quam ea, in quibus honoratur, quo casu probabilius videtur hujusmodi gravamen, non quidem vitiat in totum, sed moderari ac reduci ad limites emolumenti, per quamdam speciem reductionis hujus quasi contractus ad justitiam & aequalitatem ex deductis per Pereg. conf. 63. lib. 4. ubi concordantes, que difficultas pariter non intrabat, cum emolumen-

tum aliorum bonorum hereditariorum adaequaret ac excederet.

Clarius vero ac extra omnem dubitationem, quoniam verè ac de facto iste donatus seu honoratus nullum sentiebat damnum vel gravamen in bonis propriis ex propria industria, sive ex suorum majorum successione obventis, adeo ut ejus patrimonium diminui diceretur, sed erat in bonis propriis eiusdem gravantis, que ex quadam juris fictione vel subtilitate ex titulo lucrative spectare dicebantur ad gravatum jure proprio; ac etiam (& latiss ad rem) & quod donatus oneri non contradicente, sed illud libenter acceptante contra omnem verisimilitudinem, dum agebatur de summa adeo notabilis, satis probabile argumentum resultat, quod ab initio id in utrisque animo fuerit, atque cum tali intentione concorditer ipsa promissio facta esset, quamvis non explicaretur, ideoque resolutiones probabiles visse sunt, solaque dubitandi ratio persecere poterat voluntatem, an scilicet secunda donatio facta esset accumulativa cum prima promissione, vel potius contineret dispositionem diversam, & quatenus res se haberet juxta hanc secundam partem, an sub prohibite one detractionum veniret ista ut supra, & que dubitandi ratio dedit ansam concordie.

## ROMANA PRIMOGENITVRÆ DE CARDELLIS

PRO

ASDRUBALE CARDELLI

CUM

CAROLO FRATRE.

*Causa disputata coram Arbitris, & postea concordata.*

Decadem materia potestatis gravandi heredem in bonis propriis seu proprio jure competentibus; Et in specie, An in bonis donatis contemplatione matrimonii posuit donator adjicere fideicommissum cum ordine primogenitura in praejudicium aliorum filiorum; Et incidenter aliqua de onere multiplici injuncto gravato, an cesseret ob reservatam facultatem gravanti deputandi alium administratorem.

S V M M A R I V M.

<sup>1</sup> Acti series.

<sup>2</sup> De punctis controversiis.

<sup>3</sup> Ad eos extrahatur ex fideicommisso etiam per provi-

D d 4 sum,